



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Lauacrum concienzie omnibus sacerdotibus perutile**

**Jacobus <de Gruytrode>**

**[Leipzig], 1495**

Feria tertia contemplatio de septem verbis que Christ[us] dixit in curce

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30750**

**Capitulum**

II

dis tui. **D**ulcissime domine Iesu christe, infunde obsecro multitudines caritatis tue mihi peccatori. **E**t nihil terrenū nihil carnale desiderem. **S**ed te soluz super omnia diligam ut penit' rennuat solari anima mea. nisi in te dulcissimo domino deo meo. **S**cribe digito tuo in tabulis cordis mei memoriā eorum que pro me ptulisti. **N**ulla vnq̄ obliuioni delenda. ut ea semper pre oculis habeam et delecter. **N**on solum illa cogitare. **S**ed etiam si necesse fuerit p meo modulo tollerare. **E**t dulcescat mihi nō solum tibi ex omnib' virib' obsequi. **S**ed etiam ppter te et humilijs affici. **E**t certe morte turpissima si necesse fuerit condemnari.

**A**lia contemplatio feria tertia **D**e septem verbis que christus dixit in cruce.

**Q**uoniam contemplandū est seruo dei ut sicut cithara materialis habens lignum et cordas desuper extensas dum percutitur dulcem sonum resonat. **S**ic cithara nostra Iesus xps crucē habens p ligno cithare. et corpus suū rite cordarum percussus doloribus et obprobrijs septem verba salutifera omni consolacōe doctrina et caritate plena dulcissime resonabat. **A**b omni fideli cū omni cordis deuocōne meditanda. **P**rimū igit verbū quod beatus Lucas scribit. **E**st istud. **P**ater ignosce illis. qz nesciūt quid faciūt. **E**cce quō agn' ille innocens et mansuetus in oibus pressuris suis nec semel os suū aperuit. ut aut querelę aut excusatiōis aut conminatōis vel maledictōis sermonem aduersus crudelēs hostes suos diceret. qui immo potius noue benedictōis verbum quod a seculo nō est auditū super inimicos suos ex abundantia caritatis effudit dicens. **P**ater ignosce etc. **D** serue dei fidelit' recordare hoc verbū i corde tuo. ut quocūq̄ seūq̄ seuiūt ptra te inimici tui. **M**emorare illi' verbi Ihesu xpi. **E**t sicut ipse p occisorib' suis orauit. nō quasi nō possit ipis eoz peccata cōdōare. **S**ed ut

**Solum**

lxvii.

nos doceret p̄persecutib⁹ orare. Immo s̄m Aplm cū la-  
chrimis p̄ eis oravit. **Ad Hebre. v.** Cū clamore valido ⁊ la-  
chrimis p̄ces offerēs ⁊c. **S̄ Bern.** **Man⁹** que formauerūt ce-  
lū in cruce sunt extēse ⁊ clavis affixe. ⁊ tot⁹ verberat. lāces  
lat⁹ perforat. quid multū in eo remāsit nisi lingua. vt matrē  
discipulo p̄mendaret. ⁊ vt p̄ pctōib⁹ deū exoraret. non igi⁹  
obliviscitur amicoꝝ suoz. qui in tali articulo nō est oblit⁹ p̄-  
secutorū suoz. **Ecce** quō vir iste p̄ omnia artat ⁊ sp̄nit et  
ad locū caluarie ducit⁹ mirra ⁊ felle potat. ī cruce subleuat⁹  
⁊ dicit. **Pat̄ ignosce illis. q̄ nesciūt quid faciunt.** Qualis est  
hic qui in omnib⁹ p̄ssuris suis ne semel os suū aperuit. aut  
aliquod verbū durū aduers⁹ illos maledictos canes p̄tu-  
lit qd̄ ergo hoc viro māsuētius. quid benigni⁹ aīa mea vi-  
disti. **Multi** igi⁹ eoz qui ad erant p̄puncti sunt corde ⁊ penē-  
tuerunt. quozū cor tetigit deus. **Et poterant dicere quid est**  
**qd̄ andiuim⁹.** **Nos** em̄ omne malū quod excogitare potuim⁹  
m⁹ huic viro impendim⁹. ⁊ ipse viceuersa orat p̄ nobis. **Si**  
quid igi⁹ malicie aut prauitatis in eo esset vtiq̄z ī tātis ⁊ tā-  
lib⁹ p̄ssuris erūperet. **Arbor** em̄ mala fruct⁹ bonos p̄ferre  
nō p̄t. **Qua** p̄pter p̄cūctes pectora sua p̄puncti reuersi sūt  
in domos suas. **Dic** ergo deuote. **O domine Iesu christe fili**  
**dei** vni mūdi creator ⁊ redemptor. qui in ara crucis p̄ tuis  
crucifixorib⁹ deum patrem deuote ⁊ lacrimabiliter exorasti  
**Da** queso mihi indigno pctōri p̄ gratiam tuam corde ⁊ ore  
te p̄ meis inimicis ex orare. ⁊ eoz mala ac insidias p̄ tui no-  
minis gloria patienter tollerare. **Amen.**

**S̄ Secundum Verbum**

**S**ecundum verbum quod scribit beat⁹ Lucas ē  
verbum omni acceptōe dignum quod dixit ad  
latronem sero penitentem. videlicet. **Hodie** mecum  
eris in paradiso. **Ecce** quam liberalis immo pro-  
digus factus est hodie **Christus.** **Qui** latroni regnū. **Cru-**  
**cifixo** celum. **damnato** paradisu p̄ breui peticōe largit⁹

n in